

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 77. Innocneti XI. decreta pro restauranda Ecclesiæ disciplina,
tollendisque morum corruptelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](#)

Sæc. XVII.

A. C. 1678.

§. LXXVII.

*Innocentii XI. decreta pro restau-
randa Ecclesiæ disciplina, tollen-
disque morum corruptelis.*

Priet. An-
nal. mund.
contin.
Jæger Hist.
Eccl. l. 8.
cap. 1.
Theod. a
sp. Sanct.
Carm. Dist.
tract. de
Indul. p. 2.
fol. 249.

Singulari studio Innocentius XI. sum-
mus Pontifex restaurandæ Discipli-
næ negotium hoc item anno urgeba-
ac præprimis, quæ nuper circa Pa-
tiorum immunitates statuerat, tan-
severitate tutabatur, ut juvenem quen-
dam, qui scelerum suorum impuni-
tem quærens, prope Veneti Orato-
rædes Apparitores, quin caperetur, ag-
gredi ausus est, suspendio, alias ve-
præcipuæ Nobilitatis Viros pare-
Sbirris, ut vocant, vim inferentes ex-
lio plecti juberet, imo etiam novu-
Reipublicæ Legatum ad alloquium co-
mittere recusaret, eoque e suis fami-
lis nonnulli sceleratum hominem con-
tra hosce satellites tutati essent. Pra-
terea Pontifex decreta de prostibul-
Roma expellendis, & foeminis na-
pectore incidentibus severè punientibus
innovavit; cum autem insuperhabo-
suo mandato, ac pœnæ nuper inflig-
exemplo quasdam Nobiles, ac ceteras
honestas mulieres Romanas indece-
tius ad plateas progredi intelligenter
in publico Urbis foro, aliisque compa-
editio-

edictum affigi jussit, quo nonnisi Me- Sæc. XVII.
retricibus taliter deinceps impune in- A.C. 1678.
cedere permisum: ne ergo honestæ
mulieres hujus infamiae stigma sibi
metipsis fronti suæ inurerent, mox
cunctæ vestitum ad præscriptæ hone-
statis leges ultro composuerunt: Acue-
bat etiam Pontifex legum severitatem
contra Clericos, qui cum sexu sequiori
liberius conversari deprehenderentur,
immodicos quoque lusus Bachanalio-
rum tempore exerceri solitos prohibuit.
Præcipua vero illius cura fuit, qua ra-
tione Ministrorum ærarium Papale ex-
haurientium licentiam restringere, ma-
joresque expensas imminuere posset,
atque ideo Cardinalium numerum,
quamvis jamjam eorum tredecim fatis
functi essent, ad quinquaginta reducere
statuit: ipsum quoque Venetum Ora-
torem, qui relicto multo ære alieno
Roma excedere meditabatur, detineri
jussit, donec nomina penitus expedi-
visset. Denique indulgentiarum ab-
usus eliminare intentus, die septima
Martii a S. Congregatione sequens de-
cretum confici, consuetisque locis quinto
post die affigi jussit: „Delatæ sæpius
„fuere ad sacram congregationem in-
„dulgentiis sacrisque reliquiis præposi-
„tam indulgentiæ quædam confitæ,
„& omnino falsæ, quæ per diversas

P 4 „or-



Sæc. XVII „orbis Christiani partes circumferuntur
A. C. 1678. „aliæ vero examinandæ, quæ adhibiti
 „studio inventæ sunt vel apocryphe,
 „vel a Romanis Pontificibus revocate,
 „vel nullæ, quod datum eis tempus
 „præteriisset; quarum quidem pluri-
 „mæ, cum non facilem cognitionem
 „habeant Christi fideles, harum rerum
 „minus peritos fallunt, qui spe indul-
 „gentiæ, remissionisque peccatorum
 „suorum frustrantur. Quamobrem ea-
 „dem sacra Congregatio vehementer
 „cupiens huic malo magis in dies fer-
 „penti occurrere, animarum profectu,
 „& indulgentiarum Dignitati consulere,
 „plures illarum singulari diligentia col-
 „ligi, & in indicem referri curavit.
 „Tales in primis sunt illæ, ut alle-
 „runt, concessæ a Joanne II. & Sixto IV.
 „recitantibus orationem Charitatis Iesu
 „Christi D. N. precor te piissime Do-
 „mine &c. ab Urbano II. Ecclesiæ sanctæ
 „Mariæ, vulgo dici solet Compagnio-
 „læ, & sanctæ Victoriæ; ab Eugenio III.
 „revelationi de plaga in humero Iesu
 „Christi factæ S. Bernardo; ab Inno-
 „centio III. Archiconfraternitati, &
 „Ordini redemptionis captivorum; a
 „Bonifacio IX. visitantibus Capellam
 „S. Nicolai de Tolentino in ejus die
 „festo, a Joanne XXII. osculantibus men-
 „suram plantæ pedis Beatæ Mariæ
 „Vir-



„Virginis; ab Alexandro VI. imagini Sæc. XVII.
„Beatæ Mariæ vulgo dictæ Laghetti; A.C. 1678.
„a Leone X. gestantibus funiculum
„S. Francisci, primum in Urbe impres-
„ſæ, deinde Medio ani An. MDCLXV.
„(suas tamen habent, & veras, Confra-
„tres Archiconfraternitatis chordigero-
„rum S. Francisci) recitantibus Salu-
„tationem angelicam ad pulsum horo-
„logii, & imagini Conceptionis Mariæ
„Virginis immaculatæ in circalo de-
„pictæ, cuius pedibus Luna subjecta
„est; a Pio IV. vel V. Principi Sena-
„rum; a Clemente VIII. dicentibus ora-
„tionem: O magnum mysterium &c.
„& Ecclesiæ S. Mariæ, quam vocant,
„Montis - Serrati, Avenione impressæ,
„tum aliæ pro animabus Christi fide-
„lium Defunctorum impressæ Matriti
„20. Julii 1606. a Paulo V. Cantantibus
„Hymnum: Te Matrem Dei Lauda-
„mus, te Mariam Virginem confite-
„mur &c. vel si die Sabbati intererint,
„dum idem canitur; & Coronis, rosa-
„riis, imaginibus, & Numismatibus,
„quæ Medalias appellant, ab eo bene-
„dictis, Federico Cardinali Borromæo
„Supplicante Anno 1611. dum Eccle-
„sia Romæ in honorem S. Caroli ædifi-
„caretur; & ab eodem Paulo & Gre-
„gorio XV. dicentibus: Sia lodato il
„SS. Sacramento: Laus SS. Sacra-

P 5

,men-

Sæc. XVII. „mento; ab Urbano VIII. in honorem
A. C. 1678 „eiusdem Sacramenti, precibus Cardi-

„naliis Magalotti, & Sacerdotibus ce-
„lebrata Missa dicentibus: Ave Filia
„Dei Patris, Ave Mater Dei Filii &c.
„a Clemente X. recitantibus mane, me-
„ridie, ac vespere consuetam Antiphon-
„nam, Angelus Domini &c. & in fine
„Deo gratias, & Mariæ; ac demum
„aliæ a nonnullis Romanis Pontificibus
„tributæ; ut ajunt, Coronis Mysterio-
„rum Passionis Domini Nostri Iesu
„Christi, ad preces Magni Ducis Etruriae.

„Talis indulgentia Sodalitatis S.
„Nicolai, qua repetita quinques ora-
„tione dominica, & Salutatione Ange-
„lica, unam liberari animam quolibet
„die a purgatorii pœnis affirmant. Ta-
„les aliæ Perusii Confraternitatis SS.
„Sebastiani & Rochi, & Romæ Socie-
„tatis S. Bernardi ad Columnam Tra-
„jani. Tales demum aliæ cruce Si-
„gnatorum S. Eustorgii Mediolani, Ari-
„mini, & Bononiæ.,,

„Eius generis sunt & illæ concessæ,
„ut ajunt, Capellæ Rosarii in Ecclesia
„S. Antonii de Rovigo, seu Rodigii;
„vel Ecclesiæ SS. Trinitatis Bergomi,
„aut S. Petri Montis Todoni, die festo
„inventionis Sanctissimæ Crucis; vel
„gestantibus funiculum S. Francisci de
„Paula; vel celebrantibus Missas S. Au-
„gusti.

„gustini; aut alias quinque in honorem Sæc. XVII.
„quinque festivitatum B. V. M. vel reci- A. C. 1678.
„tantibus officium S. Franciscæ Roma-
„næ, aut Antiphonam: O passio ma-
„gna &c. in memoriam passionis Jesu;
„aut Rosarium S. Annæ (quod Con-
„gregatio Sacrorum Rituum non pro-
„bat) aut orationem, quæ impressa
„cum imagine S. Annæ circumferri so-
„let: Ave Maria gratia plena &c. (quæ
„oratio prohibetur) aut officium con-
„ceptionis B. V. immaculatæ, quod
„afferunt a Paulo V. probatum fuisse;
„aut orationem: Deus, qui nobis in
„S. Syndone &c. (excipitur indulgentia
„centum dierum Anno 1671. concessa
„precibus Ducissæ Sabaudiæ ad an-
„nos 25. cunctis in illius ditione de-
„gentibus) aut aliam: Ave Filia Dei
„&c. post communionem recitandam;
„vel aliquo conspicuo signo veneranti-
„bus Sanctissimi Eucharistiae Sacra-
„menti nomen; indulgentiæ rursus
„octoginta millium annorum veteri de-
„tabula exscriptæ, quam in Basilica
„Lateranensi asservari affirmant, pro-
„dicentibus orationem illam vere piam:
„Deus, qui pro redemptione mundi
„&c. tum quæ impressæ fuerunt Pa-
„piæ 1670. sub hoc titulo: *Summarium
indulgentiarum concessarum a Sanitate
sua Papa Leone X. imagini Conceptionis*

„glor-

Sæc. XVII. „glorioſæ Virginis Mariæ; vel Pifauri
A. C. 1678. „sub nomine Beatæ Joannæ Anno 1608.

„evulgatæ; vel Barlettæ, seu Baruli
„a recitantibus quasdam non sene ma-
„las orationes lucrandæ; vel Parmæ
„a visitantibus per Quadragesimæ dies
„Ecclesiæ tertii Ordinis S. Francisci;
„vel Pistorii, & Vastallæ a recitantibus
„orationem: Ave Sanctissima Maria,
„Mater Dei, Regina Cæli &c. & alia
„in particulari impresso libro descriptæ,
„quibus frui dicunt Devotos Seraphi-
„cos & Benefactores.,,

His annumerandæ sunt, quæ cru-
„cibus Caravacensibus tributæ dicun-
„tur; vel coronæ sive stellario conce-
„ptionis Virginis immaculatæ, quod
„ex duodecim globulis precariis con-
„stat; vel granis, crucibus, & coronis
„Aloysiæ ab Ascensione Hispanæ Mo-
„nialis Ordinis S. Claræ, vel mensuræ
„altitudinis Jesu Christi Domini Nostri;
„vel Imagini, aut mensuræ vulneris
„lateri ejus inflicti; vel orationi, ut
„ajunt, in Sepulchro Domini Nostri
„repertæ: & indulgentiæ, ut ajunt, in
„nixæ revelationi factæ S. Birgittæ,
„Mechildi, & Elisabeth; vel B. Joannæ
„de Cruce, & concessæ, ut afferunt,
„granis, quæ aliquod ex tribus granis
„tetigerint extantibus penes Romanum
„Pontificem, Hispaniarum Regem, &
„Mi-

Pisauri
1608.
Barulli
e ma-
armæ
e dies
ocisci;
ntibus
Iaria,
z alia
criptæ,
raphi-
e cru-
licun-
once-
quod
con-
ronis
Mo-
nsuræ
ostri;
neris
, ut
Nostrî
, in-
ittæ,
annæ
runt,
ranis
num
, &
Mi-

„Ministrum generalem fratrum mino- Sæc. XVII.
rum observantiæ S. Francisci „ A.C. 1678.

„Oinnes vero & singulas iam dictas
„indulgentias sacra Congregatio par-
„tim esse confitas, & plane falsas de-
„clarat, partim apocryphas, vel ex
„alio capite nullas, quæ nemini suf-
„fragari possunt: easque in futurum
„ullo in loco, ut veras publicari, &
„lucrandas Christifidelibus proponi ve-
„tat; foliaque, & libros, ubi sic pro-
„ponuntur, seu asseruntur, omnino
„præcipit aboleri, nisi prædictæ indul-
„gentiæ fuerint diligenter expunctæ;
„nec ideo tamen vult alias, quas hoc
„Decretum non continet, pro veris &
„legitimis, taciteque probatis haberi.,,

„Ac demum omnes indulgentias
„concessas ante Decretum Clemen-
„tis VIII. latum die 9. Januarii 1597.
„Coronis, Rosariis, granis, seu cal-
„culis, crucibus & imaginibus sacris,
„vel ante Breve Pauli V. quod incipit:
„Romanus Pontifex &c. editum 23. Maij
„Anno 1606. Personis Regularibus qua-
„rumcunque religionum, & ordinum,
„etiam mendicantium, vel ante consti-
„tutionem 115. Clementis VIII. cuius
„initium: Quæ salubriter &c. habitas
„per aggregationem, vel aliam com-
„municationem ab Archiconfraterni-
„tate ulla, ordine, Congregatione,
„So-

Sæc. XVII. „cietate etiam Jesu, capitulo, vel cæ.
A. C. 1678. „tu quocunque, vel ab eorum Officia.
„libus, Superioribus, aliisque Perlo.
„nis, vel Persona, etiam si earum, vel
„eius mentio specialis, & individua fa.
„cienda esset, nisi fuerint deinde Ro.
„mani Pontificis Authoritate innovata,
„aut confirmatae, nullius esse roboris,
„& momenti pariter declarat.,“

„Porro summaria indulgentiarum
„pro congregationibus Doctrinæ Chri.
„stianæ, Confraternitatibus SS. Trini.
„tatis, & redemptionis captivorum,
„Nominis Dei, Rosarii, B. Mariæ de
„Mercede, & redemptionis captivo.
„rum, B. Mariæ de Monte Carmelo,
„cincturæ S. Augustini, & S. Monicæ,
„nisi ab eadem Congregatione recogni.
„ta, non permittantur. Indulgentias
„vero stationum Urbis, quæ a Roma.
„nis Pontificibus Singulari quodam be.
„neficio, vel communicatæ sunt, vel
„communicabuntur interdum aliquibns
„locis, ordinibus, aut Personis, die.
„bus tantum stationum &c. in Missali
„romano descriptis, suffragari posse de.
„clarat: Semel autem duntaxat in die
„plenariam indulgentiam in certos dies
„Ecclesiam visitantibus concessam, vel
„aliud pium opus peragentibus, lu.
„crifieri.,“

„De

„De quibus relatione facta per Se- Sæc. XVII.
 „cretarium ad Sanctissimum, cuncta A. C. 1678.
 „Sanctitas sua probavit, & inviolate
 „servari jussit. „

Ex hoc S. Congregationis decreto
 & alio quidam Ultramontanus Scriptor *Argentre*
 novum ac tertium sub ementito nomine *coll. Jud.*
sancti Officii die 7. Martii hujus anni de- *t. 3. p. 546.*
cretum consarcinavit, eo fine, ut falso af- *Index lib.*
ferere posset, prohiberi non modo signa *proh. lit. D.*
v. g. Scapulare, cordas &c. Confrater- *pag. 74.*
nitatum, sed etiam omnes Indulgentias *Abrege de*
Regularibus concessas, nisi a Sede *Hist. Eccl.*
Apostolica fuerint confirmatæ & inno- *Chron. t. 3.*
vatæ, nullas declarari: Comperta au- *pag. 480.*
tem hujus Falsarii fraude, eadem S. *Carol. mem.*
Congregatio die vigesima quinta Ja-
nuarii Anno 1679. hoc decretum tan-
quam falsum, perniciosum, scandalosum,
in multis depravatum, & dolose accom-
modatum ad alias Cincturæ, Scapularis &c.
Sodalitates ab Apostolica Sede approbatas
damnavit. Eodem anno summus
Pontifex die decima septima Februarii
præfatae S. Congregationi, ac Ray-
mundo Capisuccio facri Palatii Ma-
gistro præcepit, ut ad librorum prohi-
bitorum Indicem rejiceret libellum, cui
*titulus: *Officium immaculatæ Conceptionis**
B. V. approbatum a summo Pontifice,
Paulo V. qui pie illud rectantibus centum
dierum indulgentias indulxit: Hoc decre-
tum

Sæc. XVII. tum Hispaniæ ac Franciæ Reges, qui
A. C. 1678. bus Innocentius X. Festum immacu-
latæ Conceptionis cum Officio & Missa
solemniter de præcepto celebrandi grati-
am fecerat, molestius ferre videban-
tur, Leopoldus quoque Imperator da-
tis literis apud summum Pontificem
desuper questus, caussam, cur hic libel-
lus esset proscriptus, sciscitabatur, cui
tamen Innocentius XI. mox die decima
octava Decembribus respondit, non il-
lud, quod Innocentius X. concessisset,
officium fuisse prohibitum, sed aliud, &
quidem ea ex causa quod apocrypham ha-
beret annexam indulgentiam, simulque falso
affereretur, illud a Paulo V. fuisse
approbatum. Postea vero idem libel-
lus ab hisce nævis jussu Raymundi
Capisucci Magistri S. Palatii expurga-
tus denuo editus, permisusque est.
Idem tamen Magister hoc item anno
die trigesima Julii, & vigesima sexta
Octobris, necnon Anno 1742. die quarta
Maij alia ejusmodi Officia proscripti:
nunquam vero immaculatæ Concep-
tions festum & Officium semel approba-
tum, ac recitari ab uno Pontifice con-
cessum, ab alio fuit prohibitum: Haud
immerito igitur ignorantiam, vel po-
tius cujusdam Protestantis malitiam
exagitare cogor, qui in suis memora-
bilibus ad hoc sæculum improvide
scri-

scripsit, Sextum IV. hoc festum & officium approbase, Clementem autem VI il-
lud reprobasse (oblitus erat hic Author, Sæc. XVII.
quod Clemens VI. jam Anno Christi
1342. & Sextus IV. primum Anno 1471.
federint) Paulum V. denuo idem festum
sanxisse, & Innocentium XI. illud abro-
gasse: Ergone Innocentius XI. Festum
hoc abrogavit, dum Officium apocry-
phis indulgentiis, alisque falsitatibus
respersum fidelium usui eripuit, & e-
mendatum restituit, illudque, quod
jam dudum nullisque vitiis obnoxium
in usu fuerat, in suo vigore reliquit?
Erubescat hic nugator exclamare: En!
Paparum concordia, discors; indicio & ar-
gumento, quid in religione ipsorum Brevia
& Bullæ valeant: attamen contemni,
non autem reselli merentur miseri ejus-
modi Scriptores, qui judicium de Pontifi-
cum Bullis & Catholicorum ritibus
suæ sectæ legibus & inveteratæ ca-
lumniandi consuetudini semper, num-
quam vero veritati, æQUITATIQUE con-
sonum ferre didicerunt.

§. LXXVIII.

Varia dissidia Romæ composita.

Postquam Innocentius XI. Pontifex dis- Theatr. Eu-
sidia cum Hispaniæ & Franciæ Ora- rop.
toribus propter abolitam immunitatem
Hist. eccl. Tom.LXIV. Q fe-